

Ill/me et Rev/me in X/to Pater D/ne amice char/me et obser-
vande

Libri de Officio Principis Christiani, accuratiss/me ab Ill/ma
et Rev/ma D.Vra conscripti, nostraeque juventuti dicati, maximam
5 nobis attulerunt voluptatem, cum propter singularem ipsius erga
nos amorem, cujus evidens gravissimis licet fuerit Ecclesiae curis
et negotiis intenta testimonium nobis exhibuit, tum propter salu-
taria praecepta, et vitas Sanctorum Principum in iis contentas,
quae inoffenso per semitas justitiae pede nos docent gradiri. Li-
10 benter sane nec sine magno applausu perlegimus a capite usque ad
finem, omnes istos tres libros, quos e manibus nunquam dimittere,
sed pro Magistro vitae et morum semper habere in animum induximus:
illud enim inter cetera in revolvendis consideramus, difficilli-
mum, et periculosissimum esse habenas Imperii a supremo illo Prin-
15 cipe commissas, tenere, et populo siquidem in tremendo nimis judi-
cio Regis Regum, ratio sit regiminis reddenda, imperare. Cui qui-
dem oneri ferendo, quo minus nos pares videmus, eo magis pertime-
scimus, durissimum illud tot vicibus ab Ill/ma et Rev/ma D.Vra re-
petitum; Potentes potenter tormenta patientur. Verum cum divina
20 sic disponente et providente sapientia, in ea sublimitate simus
constituti, ut inferioribus etiam praeesse oporteat, plurimum gau-
demus, magnique beneficii loco habemus, ea nobis ante oculos ab Il-
lma et Revma D.Vestra proposita, quibus si constanter inherere vo-
luerimus, summum in tam gravi onere sentiemus auxilium, nec minus
25 referemus levamen. Agimus itaque Ill/me et Rnme Dne, quas majores
possumus gratias, et agimus non modo pro gratiss/mo quo nos orna-
re voluit munere, sed quod talem de nobis quoque conceperit opinio-
nem, qualem nos (haud enim mediocre calcar addidit) insistendo
vestigiiis Divorum, quorum exempla prae manibus habemus, retinere,
30 donec vivamus, eisque respondere quam diligentissime contendemus.
Interim id nobis praecipuae curae erit, quo nullam unquam occasio-
nem palam faciendi nostri erga Illmam et Revmam D.Vram studii et

/ officii praetermittamus. De cetero se praebet defensorem, ad repun-
gendas perniciosae doctrinae sordes, et confingenda haereticorum
machinamenta, diutissime incolumem servet, felicioraque in dies
incrementa praestat. Datt. , die 6 Junii ann.D.1619.

Vladislaus Sigismundus Prin
ceps.

Firence. Carte Cerviniana 54 fol.208.